

gaudium oim tecū resurgentū fac me  
 ⁊ oēs amicos meos resurgere cū ma-  
 gna gloria ⁊ honore. Amen.

*De admirabili ascensione dñi iesu.*

**L**audō ⁊ glorifico te domine de-  
 us meus propter hoc tempus.  
 quod a die gloriose resurrectionis tue  
 vsq; in diem admirabilis ascensionis  
 peregisti. Quia in hoc tēpore sepe ap-  
 paruisti discipulis ⁊ aliis fidelib; ami-  
 cis tuis consolans amicebiliter eorū  
 tristia corda: ⁊ confirmans eos in fide  
 spe ⁊ charitate tua. Et postremo ascen-  
 disti in montem: ⁊ eleuatis manibus  
 dedisti eis tuā diuinam benedictionē.  
 Et in conspectu omniū assistentiū ele-  
 uatus es in celuz: representans victricis  
 carnis gloriā: vultui patris: ⁊ sedes  
 ad dexteram eius coominipotes: ⁊ coe-  
 ternus diuino accinctus lumine: ⁊ co-  
 ronatus gl'ia ⁊ honore: hñsq; nos scp/  
 tos in manib; tuis: nūq; obliuiscaris  
 nri imperpetuū Amen. *¶ De missiōe  
 sancti spiritus in die pentecostes*